

GENESIS.

in esaiā. tertium in zacharia. quartum
in prouerbis. quintum eque in esaiā:
quod in illis ignorantibus apocryphorum delira-
menta sectantur. Et hiberas nenas li-
bris autenticis preferunt. Causas erro-
ris non est meum exponere. Iudei prau-
denti factum dicunt esse consilio: ne pro-
lomeus vni dei cultor etiā apud hebreos
duplicem diuinitatem deprehenderet.
Quod maxime idcirco faciebant. quia
in platonis dogma cadere videbatur.
Denique vbi cuiusque sacratum aliquid scri-
ptura testatur de patre et filio et spiritu
sancto. aut aliter interpretati sunt aut om-
nino tacuerunt. ut regi satisfacerent. et ar-
canum fidei non vulgarent. Et nescio
quis primus auctor septuaginta cellu-
las alexandrie mēdacio suo extruxerit.
quibus diuisi. eadem scripturarum cum
aristoteli eiusdem pibolomei hyperaspi-
stes. et nō multo post tempore iosephus
nihil tale retulerint. sed in vna basilica
congregatos contulisse scribant: non p-
phexasse. Aliud est enim esse vatem: ali-
ud est esse interpretem. Vbi spiritus ve-
tura predicat: hic menditio et verborum co-
pia ea que intelligit transfert. Nisi for-
te putandus est tullius zconomicum re-
nosontis. et platonis pythagoram. et de-
mosthenis pro cithesifore: afflatum dexte-
rico spiritu trāstulisse. Aut aliter de eis-
dem libris per septuaginta interpretes
Aliter per apostolos spiritus sancti testi-
monia tenuit. ut quod illi tacuerunt. hi scri-
ptum esse mentiri sint. Quid igitur? Da-
namus veteres? Minime: sed post pri-
orum studia in domo domini quod possu-
mus laboramus. Illi interpretati sunt
ante aduentum christi. et quod nescie-
bant: dubijs proculere sententijs: nos
post passionem et resurrectionem eius:
non tam prophetiam quā historiam scri-
bimus. Aliter enim audita: aliter visa
narrantur. Quod melius intelligimus
melius et profertimus. Audi igitur enu-

le obrectator ausculta. Nō damno. nō
reprehendo septuaginta: sed p̄fideret cū-
ctis illis apostolos prefeto. Per istorū
os mihi christus sonat quos ante p̄phe-
taliter inter spiritualia charismata ipsos
lego. in quibus vltimum pene gradus
interpretes tenent. Quid liuore torque-
ris? Quid imperitorum animos contra
me concitas? Sicubi in translatione
tibi videor errare: interroga hebreos di-
uersarum urbium magistros consule.
Quod illi habent de cristo: cui codices
non habent. Aliud est si contra se postea
ab apostolis vsurpara testimonia pro-
bauerunt. et emēdatoria sunt exēplaria
latina quā greca: greca quā hebraica. Ceterū
hoc contra inuidos. Nūc te deprecor de
fidei charissime. ut quia me tantum o-
pus subire fecisti et a genesi eroditū ca-
pere orationibus iuues: quo possim eo-
dem spiritu quo scripti sunt libri. in la-
tinum eos trāsferre sermonē.

Explicit prefatio. Incipit liber genesis
qui dicitur hebraice bresith.

Capitulum. I

Sac. paritq.

In princi-

pio crea-

uit deus celum et

terram. Terra au-

tem erat inanis et

vacua. et tenebre e-

rant super faciem

abyssi. et spiritus

domini ferebatur

super aquas. Di-

xitque deus: Fiat lux

Et facta est lux. Et

vidit deus lucem

quod esset bona. et di-

uisit lucē a tenebris

appellauitque lucē diē et tenebras noctē.

